

1421. ię 10. Maij.

Ex Codice Diplom. Dagielyj.

421.

Donatio Nieschoviensis arcis cum quatuor Villis facta Cruciferis a Conrado Duce Masovia et Cujavia sub Transumpto Episcopi Pome-
 ranienensis. Actum in Capella Castri Rosenberg
 An. 1421. Pontificatus Marlini Papa V. Anno
 Quarto. & Originali.

50

Nos Trater Erhardus Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Pomeranorum facimus per hoc praesens publicum Transumptum quibus expedit universis. Quod constitutus coram Nobis Religiosus Vir Trater Georgius de Bischofs-
 vada Nostra Pomeranienę Diocesis, Magnifici et Religio-
 si Fratris Michäelis Kochmeister Ordinis S. Mariae Teuto-
 nicorum Magistri Generalis Capellanus, ac eiusdem et sui
 Ordinis ad infrascripta prout et Syndicus constitutus, pro
 ut de hoc Nobis plenam fecit fidem, quasdam literas authen-
 ticas Domini Conradi quondam Ducis Masovia duobus
 sigillis in filis sericeis impendentibus sigillatas sanas et
 integras, non vitiatas, non cancellatas, sed omnibus prorsus
 vitio et suspitione carentes Nobis exhibuit et presentavit,
 conquestrusq; magno subiaccere periculo, si huiusmodi literae
 propter vetustatem earum, et vicinarum diversa discrimina de
 loco ad locum deduci debeant, quoties ad probandum Ordinis
 sui iustitiam super contentis in eisdem necessitas exigeret, un-
 de Nos cum instantia debita requisivit, quatenus easdem li-
 teras cum decreti intranspositione de verbo ad verbum transcribi
 et publicari per Notarios infrascriptos mandare auctoritate or-
 dinaria dignaremur. Iustis igitur ipsius petitionibus ratio-
 nabiliter annuentes easdem literas ad Nos recepimus, ipsasq;
 per Notarios infrascriptos transcribendas, transumendas ac
 publicandas, quantum de iure potuimus, decrevimus, et facta
 Diligenti auscultatione de literis Originalibus ad Transum-
 pta

pta auctoritate nostra ordinaria eisdem in iudicio et extra ubiq[ue]
locorum standum decrevimus et decernimus per presentes. Si-
gillum vero primum predictis literis appensum de cera commu-
ni oblongum erat in cuius medio imago eiusdem Episcopi in-
fulat sedentis, et in dextra baculum Pastoralem, in sinistra
manibus librum tenentis videbantur, litera circumferentiales
digiti sigilli legi non poterant propter velustatem. Secundum
sigillum iam dicta litera appensum de cera communi rotun-
dum erat in cuius medio imago cuiusdam armigeri in equo qua-
si sedentis, in dextra frenum et in sinistra manibus occellum
tenentis, apparebat. Litera vero circumferentiales dicti sigil-
li sic legebantur. S. Conradi Ducis Maraviae et Cuiaviae. Te-
nor vero predictarum Literarum sequitur, et est talis.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis
Ego Conradus Divina miseratione Dux Maraviae et Cuiaviae.
Universis et singulis tam praesentibus quam futuris scri-
ptum praesens inspecturis notum fieri volo, quod de consilio
proborum virorum, magnae necessitate urgente, divino re-
tributionis intuitu mea[rum] salutis animae, de consensu Rade-
dum meorum, nemine contradicente, omniq[ue] remoto impedi-
mento, libere et absolute dedi B. Mariae et Fratribus de
Domo Teutonica Castrum, quod dicitur Niesowa cum
his quatuor Villis: Orzechotyne, Wjzne, Ellisnetz, Okola,
cum omni utilitate, iure, libertate, cum cunctis pertinentiis
eidem Castro, et Villis in Campo, agris, pratis, sylvis, ne-
moribus, desertis, venationibus quorumcumq[ue] animalium, sive
ferarum, in aquis, aquarumq[ue] decursibus, piscationibus quo-
rumcumq[ue] piscium, et eorum omnium quae in Privilegiis in-
scribi solent. Igitur ne haec donatio tam utilis et perneces-
saria aliquot calliditate et venustia imitari valeat sed potius
integra permaneat et inconvulsa, ipsam Testium subscriptio-
ne, sigilli mei, eorumq[ue] appensione, curavimus promuniri. Pro
hac etiam

hac etiam donatione Fratres supradicti cum omni fidelitate con-
 tra Paganos quoslibet una Nobiscum sponderunt, omni
 tempore se militaturos secundum Deum et eorum posse. Eo-
 rum hi sunt Testes Michael Episcopus Curavia, Christianus
 Episcopus Prussia, Magister Joannes Cancellarius de
 Cracow, Gregorius subcancellarius, Frater Henricus sacer-
 dos. Acta sunt haec Anno Incarnationis Dominicae 1230.
 In quorum omnium et singulorum veritatis testimonium pre-
 missorum hoc praesens publicum Transscriptum fieri, Nostriq[ue]
 sigilli majoris appensione iussimus communiri. Datum et
 actum in Capella minori Castri Nostri Rosenberg Nostre
 Residentiae sub Anno Domini Millesimo, Quadringentesi-
 mo, vicesimo, primo, Indictione quarta decima, die vero de-
 cima Mensis Maij, hora tertiara, vel quasi. Pontifi-
 catu Sanctissimi in Christo Patris ac Domini Nostri, Do-
 mini Martini Divina Providentia Papae V. Anno ejus
 quarto. Presentibus ibidem Honorabilibus et discretis Vi-
 ris Dominis, Nicolao Plebano in Rocasta et Curia No-
 stre Officiali Laurentio Carpentari de Bohem Capellano
 Nostro Joanne Libalwalt Notario publico, Clerico Cul-
 mensis Diocesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et
 rogatis.

Et ego Joannes quondam Joannis Rosner de Lorabb, Cle-
 ricus Pomesan. Diocesis Imperiali auctoritate Notarius
 publicus, quia praedictarum literarum presentationi, receptio-
 ni, et Decreti interpositioni, omnibusq[ue] aliis, et singulis pra-
 missis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum
 Caspuro Colega meo Notario publico et cum praenotatis tes-
 tibus praesens interfui, eaq[ue] sic fieri, vidi et audioi, Ideo hoc
 praesens publicum Transscriptum de mandato Reverendi in
 Christo Patris et Domini, Domini Gerhardi Episcopi pra-
 fati

fati, et ad requisitionem dicti Domini Gregorii Procuratoris
transumpsi et facta collatione diligenti, me alius occupato ar-
duis negotiis per alium fideliter scriptum eandem confeci, pu-
blicavi, et in hanc publicam formam redigi, signo et nomi-
ne meis solitis, consuetis una cum dicti Domini Episcopi sigil-
li majoris appensione consignavi rogatus et requisitus in fi-
dem et testimonium omnium praemissorum.